Sanctae Priscae Virginis et Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo septuagesimo Confecto et conscripto manibus ab utrinq. subscripto Vadio Trium Millium Florenorum Polonicalium tum et sub damnis Terrestribus firmato, ac Actis Castrensibus Praemisliensibus robo-rato tum de poena Bannitionis ex Instantia sui Recognoscenti super eadem Generosa Krzeczowska Matre et Joanne Krzeczowski filio in Judicijs Cons[ilii] deputationis Terrae Praemisliensis Anno praesenti, ratione praemissorum obtenta et publicata totoq. et integro ac in Causa obtento et perducto processu suo in Tenore de praemissis latiore, Cum omni praemissorum Jure proprietate Competentiaq. et praerogativa quavis, ung. omnibus et singulis Inscriptionis praedictae Debitoreae, atq. praesentis Juris Cessi Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis, Vadio Ligamentis ac nexibus generaliter Universis, summa quoq. suprascripta Trium Millium Quadringentorum Florenorum Polonicalium Utilitatibq. fructibus, Commodis, emolumentis, obuentionibus, attinentijsq. et pertinentijs generaliter Universis, nihil ex praemissis Juris proprietatis, ac cuiusvis Competentiae et praerogativae per se Re-cognoscente, suisq. Successoribus aut alio quopiam reseruando seu excipiendo, Verum prout praemissa omnia et singula ipsam-met Recognoscentem concernebant ac eidem legitime seruie-bant. Jam ex nunc et de facto Generoso Alexandro Kopystyn-ski et ipsius Successoribus (accepta ab ipso pro praemissis omni-bus plenaria et sufficienti satisfactione) Cessit et condescendit prout Cedit, et condescendit praesentibus, omneq. et integrum Jus suum sibi ad praemissa seruiens in personam eiusdem Generosi Alexandri Kopystynski Cessionarij sui, et ipsius Successo-rum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout transfert, transfundit, et incorporat praesentibus. Per ips[um] Generosum Alexandrum Kopystynski Cessionarium suum et ipsius Successores hoc idem Jus praesens Cessum summamq. supra-

scriptam præsentibus parte Recognoscentem abcessam, cum Univer:sis ipsius Utilitatibus et Usufructibus Competentiisq[ue] et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi illisq[ue] quiete et pacifice Usufruendi, Summam præfatam Trium Millium Quadringentorum Florenorum Polonicalium parte Recognoscentem transfusam, tollendi levandi et percipiendi, de levata et percepta quietandi pro eademq[ue] si non fuerit persoluta Jure agendi, processus quosvis Judicianos instituendi ac indicandi, et ad debitum Executionis finem perducendi, præmissaq[ue] omnia tanquam sua propria ad suos et suorum successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi, Juris præfati Originalis ea omnia latius in se complectentis præsentiq[ue] cessi et transfusi Vigore.

Jurzanski Jurzanskie Quietat.

34 Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Alexander Jurzanski Nobilis Stephani Jurzanski filius Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quoad actum modernum alti net secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobiles Hrehorium Andream et Theodorum Jurzanskie fratres germanos de suscriptione Obligatoria Castrensi Capitaneali Præmisliensi de actu ipsius Feria Secunda post festum Sanctæ Dorotheæ Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Tertio et in bonis duabus quartis agris cum Laboriosis Janusko Dmitr Wasilkowiczi dictis in eisdem quartis residentibus de Anno ad annum et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in summa Trecen:

torum Florenorum